eruditione ac informatione...' Expl.: 'tamen ex natura positiui quam comparatiui etc.' 2.) 51ᵃ—51ᵇ. Notabilia de constructione grammaticali latina. 52 vacat. 3.) 53ᵃ—65ᵇ. Analyses grammaticæ singularum sententiarum latinarum. 4.) 66ᵃ—91ᵃ. Farrago disquisitionum minorum grammaticalium, linguam latinam spectantium, diversis manibus scripta. 5.) 91ᵃ—94ᵃ. 'Documenta generalia et particularia dictionum græcarum, que latine scribuntur.' 6.) 95ᵃ—97ᵇ. Guarinus Veronensis, 'De arte diphthongandi.' 98—101 vacant. 7.) 102ᵃ—137ᵇ. Grammatica latina cum commentario interlineari et marginali. Incip.: 'Partes oracionis quot sint octo uel nouem...' In fine addita sunt corollaria quædam grammaticalia et de declamatione. 8.) 138ᵃ—179ᵃ. Donatus, Ars parva. 179ᵇ vacat. 9.) 180ᵃ—191ᵇ. 'Circa vicium constructionum.' Tractatus grammaticalis. Incip.: 'Primo generalia sunt ordinanda...' Expl.: 'ad minus nullum.' 10.) 192ᵃ—247ᵃ. Grammatica latina sub nro. 7.) repetitur.

3462. [Philol. 229.] ch. XV. 258. 4⁰. 1.) 1ᵃ. 'Maximiliano Duci Austrie etc. huius libri vsum dedit Doctor thomas de cilia Anno d. 1471. Quid prodest foris esse gloriosum si domi male viuitur.' 1ᵇ vacat. 2.) 2ᵃ. Pius II papa sive Aeneas Sylvius Piccolomini, Epistola data Romæ 19. Augusti 1458 ad Imp. Fridericum III., qua se summum Pontificem renuntiatum significat. 3.) 2ᵇ—3ᵃ. Idem, Ad eundem, data Romæ 1. Nov. 1460. Incip.: 'In hiis que honorem et vtilitatem Imperii concernunt...' Rogat ut Francisco Sfortiæ Mediolanensium duci priuilegia confirmet. 4.) 3ᵇ. Idem, Epistola ad episcopum data Romæ 1460, ut Imperatorem hortetur ad concedendam inuestituram Ducatus Mediolanensis Francisco Sfortiæ. Incip.: 'Credimus fraternitatem tuam non dubitare...' 5.) 4ᵃ. Epistola anonymi ad Cardinalem de obitu antistitis. Incip.: 'Quamquam eterna lege constitutum...' s. d. 6.) 4ᵇ—7ᵃ. Declamationes duæ una patris Lucretiæ, altera ipsius Lucretiæ. Prima incip.: 'Noli te afflictare, Lucretia, satis magnum argumentum...' altera: 'Nolite me pater sanctissime tuque luce quodam carior...' 7ᵇ—9ᵇ vacant. 7.) 10ᵃ—11ᵃ. Dialogus Mercurii et Virtutis. Incip.: 'Virtus dea per epistolas orauit modo...' Expl.: 'Ego et nuda et despecta abeo.' 8.) 11ᵃ. Aeneas Sylvius, Ad fortunam. Incip.: 'Vnum ex te fortuna peto supplex...' Expl.: 'tuo ingenio discute michique aperi.' Sequuntur quædam notitiæ historicæ annum 1464 concernentes. 11ᵇ vacat. 9.) 12ᵃ—13ᵃ. Oratio initio mutila de instauratione studiorum, continens præcepta honeste vivendi et studendi. Incip.: 'Superest ut auditores moribus componamus...' Expl.: 'auctoritate curator veniat assignandus. Gratias.' 10.) 13ᵇ—14ᵃ. Epistola de terræ motu in regno Neapolitano anno 1456 ut videtur. Incip.: 'Colendissime presul... Soleo sepenumero mecum admirari...' Expl.: 'continua scilicet et perpetua memoria celebrandum.' 11.) 14ᵇ—15ᵃ. Hieronymus Valla, Oratio ad Pasqualem Maripetrum pro universitate sua i. e. Paduana. Incip.: 'Qui celsitudinem tuam hisce temporibus adeunt...' Expl.: 'deuotissime offerimus et commendamus.' 12.) 15ᵃ—17ᵃ. M. T. Cicero, Duodecim epistolarum ejus familiarium. 13.) 17ᵇ—18ᵇ. Epistola ad antistitem ob beneficia accepta gratias

agentis. Incip.: 'Quod jam diu R. P. Ecclesieque s. n. Antistes meritissime nec ad te non emanarunt littere...' Expl.: 'tantis meritis tibi premia cumulata ferat.' 14.) 18^b—19^b. Epistola facultatis juristarum universitatis Patavinæ ad Comitem Casparum Sligk. Incip.: 'Tuam sic iam diu M. vir nouimus prudentem liberalitatem...' Expl.: 'Valeat feliciterque uiuat M. tua.' 15.) 19^a—22^b. M. T. Cicero, Epistolæ viginti septem e familiaribus. 23 vacat. 16.) 24^a—29^a. Bonaccursius de Monte magno, Declamationes duæ de nobilitate, prior pro P. Cornelio Scipione, altera pro Cornelio Flaminio. Incip.: 'Apud maiores nostros sepenumero de nobilitate dubitatum est...' Expl.: 'ita ut timor grandis Rome oreretur quatuor vix...' Cetera desunt. 29^b—35^a vacant. 17.) 35^b—40^b. Antonius Dandolo, Oratio ad Pasqualem Maripetrum in gratulationem Juristarum gymnasii Patauini coram Senatu Veneto. Incip.: 'Gaudium ingens incredibilemque animi voluptatem...' Expl.: 'et augendas diutissime felicissimeque conserues.' 18.) 41^a—42^a. Leonellus Estensis, Oratio 'Pro Cesare larem ingredienti (i. e. Sigismundo Imp. Ferrariæ 1422).' Incip.: 'Cum tui celeberrimi nominis splendor atque gloria...' Expl.: 'et in manibus collocat tuis.' 19.) 42^a—42^b. Oratio 'Pro Principe suscipiendo.' Incip.: 'Ea tandem dies nobis illuxit...' Expl.: 'persecutos esse obseruas studioque cognoscis.' 43^a vacat. 20.) 43^b—44^a. Guarinus Veronensis, Oratio de modo studendi legendive facta pro Leonello Ferrariensi duce. Incip.: 'Vt igitur absens studia tua Leonelle princeps si non re at consilio iuuem...' Expl.: 'incessum motumque dicat.' 21.) 44^b. Initium similis moniti, incip.: 'In iure pontificio studendi modus a plerisque sic tradi solet. Abstractus primum illecebris...' 22.) 45^a—46^a. Ludovicus Carbo, Oratio ad Borsium Estensem ducem, cum eidem Masinum Corigiensem academiæ rectorem præsentaret. Incip.: 'Nuntium tibi afferimus inclite dux...' Expl.: 'quodam munere ornatos existima. Dixi.' 23.) 46^a. Guarinus Veronensis, Epistola cum adjecto carmine de nominibus et patria septem Græciæ sapientum. Epistola incip.: 'Non desino Leonelle princeps pro mea uirili parte...' Expl.: 'omnis tibi scrupulus adimatur.' Carmen incip.: 'Nomina septem sapientum grecia cantat...' et expl.: 'cum laude de obole tollis.' 24.) 46^b—48^a. Eugenius IV Papa, Litteræ de concordia Ecclesiæ orientalis cum occidentali in concilio Florentino, datæ Florentiæ 7. Julii 1439. Incip.: 'Gloria in excelsis deo...' 25.) 48^b—50^b. Litteræ academiæ Patavinæ, datæ 'Ex Padua 22. die mensis Augusti s. a., ad antistitem quemdam, quibus petitur viro cuidam veniam dari ad eum se conferendi. Incip.: 'Cum sepius nostram incidisset in mentem...' Expl.: 'feliciter regat Reuerendissima paternitas tua.' 26.) 50^a. Epistola ad Pontificem Maximum, qua auctor gratias agit pro nominatione in episcopum. Incip.: 'Accepi literas vestras quibus me ab e. R. p. ad F. ecclesiam nuper promotum fuisse intellexi...' Expl.: 'regnum ecclesie sua misericordia tueri. Vale.' 27.) 50^b—52^b. Guilielmus Paiellus Vicentinus, Pro domino Lelio Veronensi Paduæ in conuentu pro ipsius commendatione oratio habita, ad summos in jurisprudentia honores adipiscendos. Incip.: 'Cum animo agitarem meritissime Pre-

sul...' Expl.: 'extrema uix senecta consequi potuerunt.' 28.) 53ª—55ª. Oratio ad Principem salutandi gratia habita. Incip.: 'Tandem illa michi dies, quam a superis immortalibus...' Expl.: 'diuturnitatem tui principatus pertinebunt.' 29.) 55ª—56ª. Pius II Papa, Epistola ad Christophorum Maurum ducem Venetorum de expeditione proximæ æstatis cum senatu et duce Burgundiæ, data Romæ 25. Octobris 1463. Incip.: 'Quod iam pridem oculto concepimus animo...' 30.) 56ᵇ—57ª. 'Preclara Demosthenis oratio ad regem Alexandrum.' Incip.: 'Nihil habes rex Alexander uel fortuna tua majus...' Expl.: 'hodierno die cum hoc feceris consequutus es.' 31.) 57ᵇ. Aeschines, Oratio in Atheniensium senatu habita. Incip.: 'Reminiscor Athenienses Alexandrum hac nostra in urbe.' Expl.: 'nos obsequentes sibi supplicesque inuenerit.' 32.) 57ᵇ. Demades, Oratio in senatu Atheniensi. Incip.: 'Admirans vehementer admiror Viri Athenienses...' Expl.: 'et uiris uacuata facilius diripiat.' 33.) 57ª—58ª. Demosthenes, Oratio in senatu Atheniensi. Incip.: 'Apud uos in contentionem uerti uideor...' Expl.: 'ne forte similes existimemur thebanis.' 34.) 58ᵇ—63ª. Omnibonus Leonicenus, Oratio in laudem Philippi Foscari cum Pontificii juris lauream sumturus esset. Incip.: 'Non mea me facultas... sed expectatio uestra...' Expl.: 'primis ab annis ita..uersatus est ut excellat.' 35.) 63ᵇ—64ᵇ. Guarinus Veronensis, Ad illustrem Leonellum marchionem Estensem de equestribus insignibus a Sigismundo Romanorum Imperatore additis gratulatio. Incip.: 'Hodierno die, mi rex et diue Leonelle, ciues tui...' Expl.: 'monumentum et pignus amoris relinqueretur. Vale ex Ferraria ydibus Septembris Anno 1455.' 36.) 65ª—68ᵇ. Idem, In eundem oratio funebris. Incip.: 'Si ullo tempore datum est, afflicti principes, ciuesque mestissimi, ...' Expl.: 'uiuat felix ferrarie et populus.' 37.) 69ª—70ᵇ. Fragmentum institutionum rhetoricarum. Incip.: 'Laudatur oratio illa que in verbum sepius quam in aliam orationis fartem finitur...' Expl.: 'nostram negligentiam peruenire ad nichilum patiamur...' 71 vacat. 38.) 72ª—80ª. M. T. Cicero, Epistolæ aliquot et excerpta ex aliis seu elegantiæ, passim cum notis marginalibus. 80ᵇ—83ᵇ vacant. 39.) 84ª—129ª. Idem, Aliæ epistolæ cum nonnullis notis marginalibus. 129ᵇ—130ᵇ vacant. 40.) 131ª—133ª. Franciscus Philelphus, Epistola ad Ludovicum Foscarini de Turcarum impetu in Italiam. Incip.: 'Que annis superioribus Mantue iacta mihi tecum sunt amicitie fundamenta...' Expl.: 'quibuscum manum conferunt.' 133ᵇ, 134 et 135 vacant. 41.) 136ª—145ᵇ. Sextus Rufus, Epitome historiæ romanæ. 42.) 146ª. Benvenutus de Rambaldis Imolensis, De vitis Imperatorum libelli Augustalis dicti proëmium et initium. 146ᵇ—166ᵇ vacant. 43.) 167ª—175ª. Epitome institutionum rhetoricarum seu 'Rhetorica breuilogos.' Incip.: 'Quoniam breuiter data breuius et leuius memorie commendantur...' Expl.: 'due sint siue plures redditur suum uerbum.' 175ᵇ—186ᵇ vacant. 44.) 187ª—187ᵇ. P. Ovidius Naso, Excerpta ex ejus Arte amandi. 188 vacat. 45.) 189ª—190ᵇ. P. Virgilius Maro, Excerpta ex ejus Bucolicis. 191 vacat. 46.) 192ª—194ª. Idem, Excerpta ex ejus Aeneide. 194ᵇ—198ᵇ vacant. 47.) 199ª.

Gasparinus Pergamensis, Fragmentum exordiorum epistolarum ejus. 199^{b}—215^{a} exceptis nonnulis initiis vel excerptis nullius momenti vacant. 48.) 215^{b}. Pars orationis pro adipiscendis summis in jurisprudentia honoribus. Incip.: 'Si non optime cognoscerem Magnifici presides...' 49.) 216^{a}—216^{b}. Similis oratio incip.: 'Si in nostris majoribus, qui eiusdem generis certamina subierunt...' Expl.: 'ad principale propositum condescendo.' 50.) 216^{b}—217^{b}. Oratio qua rector academiæ designatus gratias agit electoribus. Incip.: 'Summum dicendi ac perorandi onus...' Expl.: 'concedere dignetur in secula benedictus.' 51.) 218^{a}—220^{b} exceptis nonnullis notitiis futilibus vacant. 52.) 221^{a}—230^{b}. Collectanea quædam de verborum significationibus et elegantiis latini sermonis. 53.) 231^{a}—233^{b}. Sententiæ ab Aenea Sylvio nonunquam memoratæ. 54.) 234^{a}—244^{b}. Excerpta e Salustio, Apulejo et Livio. 55.) 245^{a}—246^{a}. Jacobus canonicus Aquilejensis, Oratio ad Imp. Fridericum III. 18. Aprilis 1470 pronunciata. Incip.: 'Cum meam intueor paruitatem et tuam admiror celsitudinem...' Expl.: 'ad christiani populi perpetuam pacem.' 246^{b} vacat. 56.) 247^{a}—249^{a}. Nicolaus V Papa, Litteræ, quibus Eugenii IV litteras ratas habet Friderico III Imperatori potestatem dantes nominandi centum personas ecclesiasticas idoneas ad beneficia ecclesiastica. Incip.: 'Olim a felicis recordationis Eugenio papa predecessore nostro...' Expl.: 'Rome apud S. Petrum anno incarnationis dominice 1449 tertio decimo Kl. Januarij. Pontificat. nostri anno tertio.' 249^{b} vacat. 57.) 250^{a}—251^{a}. Excerpta e Livio. 251^{b}—257^{a} vacant. 58.) 257^{b}—258^{b}. Formulæ medicinales.

3463. [Nov. s. n.] ch. XV et XVI. 124. 4⁰. 1.) 1^{a}—76^{a}. Johannes Bernhardus de Prealonibus de Oleo, Marescaltia. 'Qui si contiene in questo libro della etade e de lo grege delli caualli e delle caualle et etiandio de le loro Infirmitade et delli loro remedii et ancho si li contiene della nassione de li mulli assinj e bestiame bouine et de le loro ettade Infirmitade et remedij.' Incip.: 'Colui chi vora auere lo grege...' Expl.: 'e che assi insememente ben se respondeno.' Index præmittitur. Sequuntur figuræ frenorum. 76^{b}—77^{b} vacant. 2.) 78^{a}—83^{b}. Formulæ veterinariæ italicæ. Incip.: 'Al caualo infiato in ongni loco...' Expl.: 'onguento da medegare et e prouato.' 84^{a} vacat. 3.) 84^{b}—115^{b}. Formulæ veterinariæ italicæ a manibus recentioribus. 116^{a}—118^{a} vacant. 4.) 118^{b}. Poëma italicum. Incip.: 'Laso che malo acorto...' Expl.: 'non prego già ne pote auere piu logo.' 119^{a}—124^{a} vacant. 5.) 124^{b}. 'A chastrare uno chaualo...' Expl.: 'cosa aprouada.'

3464. [Hist. prof. 753.] ch. XVI. 11. 4⁰. 1.) 1^{b}—2^{a}. Apographon diplomatis restitutionem jurium Guilielmi de Hradessin continentis, olim in matricula regni Bohemiæ anno 1542 igne consumpta consignatorum, anno 1562 vero ab Imperatore Ferdinando I concessam. Incip.: 'Letha Boziho Aysyczeho Pretisteho Ssedesateho druheho...' Expl.: 'A peczeti Swan spezetieny.. Podal. Laus deo: Ann.' 2.) 2^{b}—11^{b}. Barones regni Bohemiæ judicio presidentes annis 1388, 1396, 1397, 1398, 1402, 1404, 1408 et 1409.

3465. [Hist. prof. 675.] ch. XV. 121. 4°. Dominicus de Gravina, Historia regni Neapolitani latina ab anno 1343 usque ad annum 1350.

3465*. [Rec. 1991. 6.] ch. XV. 8. 4°. A. Persius Flaccus, Satyrarum periphrasis. Incip.: 'Aulus Persius Flaccus Volaterre Hetrurie oppido natus...' Expl.: 'quis enim te et cetera per plura.'

3466. [Rec. 2188.] ch. XIV. 156. 4°. 1.) 1ª—103ᵇ. Franciscus Petrarca, Vita solitaria. 2.) 104ª—147ª. S. Aurelius Augustinus, Sermones de vita eremitica. 147ᵇ—148ᵇ. Aliquot sententiæ, initia sermonum, tentamina calami etc. 3.) 149ª—156ᵇ. Stephanus de Senis, Epistola ad Thomam Antonium de Senis de S. Catharina de Senis. Incip.: 'Venerando religioso sibique peramabili corde sincero fratri Thome Antonii de Senis...' Expl.: 'in testimonium ueritatis et ut uestre peticioni satisfacerem.'

3467. [Univ. 512.] ch. XV. 105. 4°. 1.) 1ª—56ª. Nigellus Wireker, Asinus sive speculum stultorum. 2.) 56ᵇ—105ᵇ. Nicolaus de Bibra, Occulti poëmata.

3468. [Hist. prof. 701.] ch. XIV. 51. 4°. 1.) 1ª—8ᵇ et 12ª—50ᵇ. 'Incipit cronica ierosolimitana inprimis quomodo aquisita fuit ciuitas ierusalem per Godofredum de Buliono....' Incip.: 'Anno domini MLXXXXVI sub papa Vrbano II°.....' Expl.: 'Item martirizatus fuit beatus Marcus, euangelista et sepultus ad laudem domini nostri yhesu christi qui uiuit etc.' Sequitur registrum. 2.) 9ª—11ᵇ. Calendarium in usum Minoritarum. 3.) 50ᵇ—51ª. Chronicon breve Ierosolymorum. Incip.: 'Tempore Heraclii imperatoris qui regnauit ab anno domini 613...' Expl.: 'et fuit hedificata anno domini 1048.' 4.) 51ªᵇ. Bartholomæus de Pisis, Excerpta operis De conformitate vitæ B. Francisci ad vitam D. N. J. C.

3469. [Hist. eccl. 128.] m. XV. 24. 4°. 1.) 1ªᵇ. Quattuor carmina latina. *a.*) Super privilegia monasterii Gemblacensis. Incip.: 'Roma potens crebris...' Expl.: 'Antiqua cunctis nobilitate preunt.' *b.*) Tetrastichon ad Augustum. Incip.: 'Accipe que supplex Gemlaus tua filia mittit...' Expl.: 'sparsit odore bono.' *c.*) Distichon scriptoris. Incip.: 'Poëmata parua dedit scriptor...' Expl.: 'sint precor apta tibi.' *d.*) In laudem Maximiliani I Cæsaris. Incip.: 'Maximus astrigeros moderans quem Jupiter...' Expl.: 'et tecum superis semper habebit honos.' 2.) 2ª—14ᵇ. Sigebertus Gemblacensis, Vita S. Wicberti. 3.) 14ᵇ—16ª. Compendiosa relatio elevationis corporis S. Wicberti. 4.) 16ᵇ—20ᵇ. Diplomata duo, primum fundationis, alterum confirmationis papalis monasterii Gemblacensis. 5.) 21ª—24ᵇ. Guibertus, Abbas, Destructio vel potius combustio monasterii Gemblacensis a. 1037. l. 1185. Pertz Monum. SS. VIII. 563 et 564.

3470. [Theol. 507.] ch. XV. 149. 4°. 1.) 1ª—1ᵇ. Pars sermonis germanici in Evangelii Johannis cap. XVII. Initium et finis desunt. Incip.: 'Das ein mensch ist geporn in dy werlt Also...' Expl.: 'die du mir hast gegeben auz der werlt.' 2.) 2ª—78ª. Meditationes germanicæ sex in sex nomina, quæ corpori Domini tribuuntur, i. e. Eucharistia,

Donum, Cibus, Communio, Sacrificium et Sacramentum. Incip.: 'Als wir lesen in puechern das der vron leichnam...' Expl.: 'nymmer enphangen wirt nur mit taw gotleicher gnaden fiat fiat Amen.' 3.) 78ᵃ—92ᵃ. Meditationes germanicæ tres de oratione, de amore dei et proximi et de rerum caducarum vanitate. Incip.: 'Vnser getrewer vnd lieber schulmaister christus...' Expl.: 'vns schrecket ein grill oder ein chlaine anweigung. Amen.' 4.) 92ᵃ—94ᵇ. Versio germanica hymni: 'Lauda Sion Saluatorem' cum subjuncto singulis strophis commentariolo. Incip.: 'Syon lob den Hailant lob den fürsten vnd den Herter...' Expl.: 'geerben vnd mitgesellen der hailigen purger. Amen.' 5.) 95ᵃ—149ᵇ. Matthæus de Cracovia, Dialogus Rationis et Conscientiæ de modo et frequentia accedendi ad S. Cœnam, in linguam germanicam versus. Incip.: 'Vil priester vnd ander menschen...' Expl.: 'ist gegeben der wirdig leichnam vnd das rosenuarb pluet vnser lieben herren ihesu christi der mit got dem vatter vnd mit dem hailigen geist lebt etc.' Denis I, 3. DCCCCXLV.

3471. [Univ. 240.] ch. XV. 227. 4⁰. 1.) 1ᵃ et 1ᵇ. Adnotata quædam nullius momenti. 2.) 2ᵃ—12ᵇ. Excerpta ex Aeneæ Sylvii Piccolominei libris quattuor Commentariorum in Alphonsi regis dicta et facta memorabilia. 3.) 12ᵇ. Notitia de progenie Leopoldi III. ducis Austriæ occisi anno 1386. 4.) 13ᵃ—13ᵇ. Pius II papa sive Aeneas Sylvius Piccolomini, Oratio ad Boëmos Ladislaum regem postulantes. 5.) 14ᵃ—18ᵃ. Idem, Historia boëmica excerpta. 18ᵇ—20ᵇ vacant. 6.) 21ᵃ—32ᵇ. Benvenutus de Rambaldis Imolensis, Compendium imperatorum a C. J. Cæsare deinceps, alias Liber Augustalis inscriptus et perperam Francisco Petrarchæ attributus. 7.) 33ᵃ—86ᵃ. Laurentius Valla, De falso credita et commenticia donatione per Constantinum imp. ecclesiæ facta. 86ᵇ—92ᵃ vacant. 8.) 92ᵇ. Notabile de Henrico de Placz, qui 31 Dec. 1426 Austriam invasit. 9.) 93ᵃ—94ᵃ. De prœlio inter Hungaros et Turcas a. 1395. Incip.: 'Cum beisaites turcorum imperator igne et ferro...' Expl.: 'Calopinus in europam primus venit.' 10.) 94ᵇ. Genealogia domus Habsburgicæ a Rudolpho I Com. Habsburgensi usque ad Philippum pulchrum filium Maximiliani I. 11.) 95ᵃ—96ᵃ. Thomas Mocenigo, dux Venetiarum, Epistola ad archiepiscopum Narbonensem de Imp. Sigismundi invidia contra rempublicam Venetorum data 30 Sept. 1415. 12.) 96ᵇ—98ᵃ. Matthias Corvinus rex Hungariæ, Litteræ super hæreses bohemicas datæ 1472. Incip.: 'Certiores vos reddimus f. v. minime latere quod quamvis...' Expl.: 'Fatemur tamen aduersus tot tamquam potentissimos hostes tres solos minime sufficre posse.' 13.) 98ᵇ—100ᵃ. Lamentatio Nigripontis. Incip.: 'Non equo animo nec tranquillamente...' Expl.: 'contra machumetum confirma.' 14.) 100ᵇ—102ᵃ. Pius II papa sive Aeneas Sylvius Piccolomini, Asiæ descriptio excerpta. 102ᵇ—103ᵇ vacant. 15.) 104ᵃ—104ᵇ. Guarinus Veronensis, Rhetorica excerpta. 16.) 105ᵃ—110ᵇ. Bernardus Justinianus, Oratio habita apud Sixtum IV papam, de præsenti reipublicæ Christianæ statu, habita Romæ IV. nonas Decembris anno 1471. Incip.: 'Si vnquam antea sanctissime et beatissime pater diuine prouidentie lumen...'. Expl.: 'uerbo et oratione veriores nonas

dec. 1471.' 17.) 111ª—113ª. Chronica Hungarorum ab anno 417 usque ad annum 1457. Incip.: 'Primus ingressus Hunorum ex Scithia In daciam et pannoniam...' Expl.: 'sepultus ibidem in ecclesia cathedrali anno domini 1457.' 113ᵇ—114ᵇ vacant. 18.) 115ª—135ᵇ. Emanuel Chrysoloras, Grammatica græca interprete Guarino Veronensi. 135ᵇ—139ᵇ vacant. 140ª—179ª. Mirabilia Romæ et Donati grammatici peritissimi in Ouidium fabulæ, opuscula typis exarata, nunc inter impressa. 19.) 180ª—185ª. De titulis laudibusque cuique tribuendis. Incip.: 'Nonnullos vereor fore illustrissime Princeps...' Expl.: 'nouitate rei te accepturum spero.' 20.) 186ª—188ª. Johannes Boccaccio, Historia Tancredi et Sigismundæ interprete Leonardo Bruni Aretino. 21.) 188ᵇ—189ª. Elegia de caseo subtracto Petro Azanello. Incip.: 'Silva placentinas inter densissima valles...' Expl.: 'Incustoditos deseruisses lares.' 189ᵇ vacat. 22.) 190ª—193ᵇ. De diphthongandis vocabulis latinis. Incip.: 'Non sine causa factum esse recte scio...' Expl.: 'Scœnobates conscensor funium.' 23.) 193ᵇ—194ᵇ. Tractatus de accentu prosodico. Incip.: 'In cantu accentus non obseruatur...' Expl.: 'et est morbus internutaneus.' 24.) 195ª—205ª. Tractatus de eloquentia. Incip.: 'Cum omnis eloquentiæ et perfecte elocucionis...' Expl.: 'ad omnes res honestas flammato studio rapiebatur.' 25.) 205ᵇ—209ª. Prosodia latina. Incip.: 'Dubitare neminem arbitror Theodore fili...' Expl.: 'a quoquam adjiciatur existiment.' 209ᵇ vacat. 26.) 210ª—221ᵇ. Poggius Florentinus, Invectiva in Laurentium Vallam. 27.) 221ᵇ—226ᵇ. Laurentius Valla, In Poggium apologus.

3472. [Univ. 404.] ch. XV. 180. 4⁰. 1.) 1ª—171ª. Leonardus Bruni Aretinus, Epistolæ. 2.) 171ª—180ª. Johannes Boccaccio, Historia Tancredi et Sigismundæ interprete Leonardo Bruni Aretino cum epistola dedicatoria Leonardi adnexa.

3473. [Rec. 2016ª.] ch. XV. 244. 4⁰. 1.) 1ª—4ª. Pius II papa sive Aeneas Sylvius Piccolomini, Epistola ad Nicolaum V de rebus sui temporis, data 'ex nova civitate Austrie VII. Kal. Decembris 1448.' 2.) 4ᵇ—9ᵇ. 'Oratio ad regem Ladislaum in prima visitatione sua ex parte Ungariæ habita post restitutionem suam Wyenne octaua die mensis octobris 1452.' 3.) 9ᵇ—12ᵇ. Litteræ concilii Basileensis ad ducem Masoviæ datæ Basileæ Kal. Februarii Anno Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo. Incip.: 'Meruit caritas tua nostris te gaudiis fieri participem.' 4.) 13ªᵇ. Eugenius IV papa, Litteræ ad Imperatorem Fridericum III ad Fridericum marchionem Brandenburgensem et ad Theodoricum archiepiscopum Moguntinum, datæ Romæ 1446 Nonis Februarii. Incip.: 'Sane ad ea ex debito pastoralis officii libenter impendimus curas.' 5.) 14ª—74ᵇ. Bartholomæus prior Carthusiensis, Tractatus pro auctoritate conciliorum. Incip.: 'Ego infirmus valde per omnem modum et grauatus senio...' Expl.: 'Hij erronee locuntur de auctoritate ecclesie.' 6.) 75ª—102ª. Johannes Keck Tegernseensis, Tractatus de s. Basiliensi concilio, 'si in facto depositionis olim Eugenii potuit errare.' Incip.: 'Reveren-

dissimo in Christo patri et domino iohanni tituli sancti Martini in montibus Cardinali...' Expl.: 'sue me beatitudinis participem efficere dignetur trinus et vnus deus qui viuit et regnat' etc. 102ᵇ vacat. 7.) 103ᵃ—112ᵇ. Idem, Tractatus brevis de concilio Basileensi. Incip.: 'Dominus noster ihesus christus Petrum super peccantis in se...' Expl.: 'non curuauerunt genua sua ante baal.' 8.) 112ᵇ—114ᵇ. Epistola concilii Basileensis ad Rectorem, Magistros et Doctores Universitatis Cracoviensis datæ Lausannæ 26. Augusti anno 1448. 9.) 115ᵃ—128ᵇ. 'Scriptum boni viri contra detractores concilii Basileensis.' Incip.: 'Multis viis et modis sacri Basileensis concilii aduersarii ab inicio...' Expl.: 'vt vnio in dei ecclesia seruetur.' 129ᵃ vacat. 10.) 129ᵇ—130ᵇ. 'Bulla renunciationis Papatus factæ per Felicem Papam quintum' data Lausannæ VII. Idus Aprilis 1449. Incip.: 'Ad perpetuam rei memoriam Quas ob causas euocati...' 11.) 130ᵇ—133ᵃ. 'Decretum sessionis secundæ sacri Lausanensis concilii de ablacione censurarum fulminatarum per concilium Basileense contra olim Eugenium papam et sibi adherentes' datum Lausannæ 13. Kal. Maij 1449. Incip.: 'Beate pacis aperta via domino concedente...' 12.) 133ᵃ—134ᵃ. 'Decretum sessionis quarte et vltime de dissolutione concilij lausanensis.' Datum 7. Kal. Maij 1449. Incip.: 'Sanctorum ecclesie operum atque terestium pacem esse...' 13.) 134ᵃ—135ᵃ. 'Bulla reuocacionis censurarum danda per Nicolaum papam eorúm quæ facta sunt Basileæ et Lausannæ in conciliis.' Incip.: 'Tanto nos pacem et tranquillitatem cunctorum fidelium...' 14.) 135ᵃ—138ᵇ. 'Minuta confirmacionis fiende per Nicolaum papam quintum.' Incip.: 'Vt pacis qua nihil desiderabilius in vniuersali ecclesia...' 15.) 139ᵇ—141ᵃ. 'Copia bulle dande per d. Nicolaum papam de restitutione spoliatorum et priuatorum beneficiis.' Incip.: 'Ne ordinatio nostra reddatur inefficax...' 16.) 141ᵃ—142ᵇ. 'Capitula diete gebennensis celebrate de anno domini 1447 mensibus nouembris et decembris, concepta pro pace et vnione ecclesie.' Incip.: 'Primo quod dominus felix det suas literas...' 17.) 143ᵃ—144ᵇ. Regula Carmelitarum confirmata per Innocentium IV. anno 1247. 18.) 145ᵃ—148ᵇ. Felix V Papa, Epistola ad electores Imperii de procuranda pace et unione ecclesiæ, data ad S. Dominicum extra muros Gebennensium VI. Idus Junij 1447. Incip.: 'Nouum non est fraternitatibus nobilitatibusque vestris...' 19.) 149ᵃ—150ᵃ. 'Consilium facultatis theologice alme vniuersitatis studij wiennensis pro pacificacione ecclesie in presenti scismate Anno 1444.' 20.) 150ᵃ—152ᵇ. 'Consilium seren. Rom. Regi in causa ecclesie vniuersalis .. per facultatem Juris studii Wiennensis datum ad dietam Nurnbergensem proxime tenendam.' Incip.: 'Tortuosi magnitudine scismatis quo nunc status ecclesie...' Expl.: 'et dictis clarius est quam nobis patefacta.' 21.) 153ᵃ—153ᵇ. Epistola aliquot episcoporum regni Sueciæ ad concilium Basileense, qua illud ad strenue continuandam reformationem ecclesiæ exhortantur, data 28. Januarii 1448. 22.) 154ᵃ. Felix V Papa, Epistola ad concilium Basileense admonitoria, ut contra omnes detractores viriliter agat, data Lausannæ 29. Febr. 1444. Incip.: 'Integritati vestre faceremus iniuriam...'

23.) 154ᵃ—156ᵇ. Idem, Epistola ad episcopum Metensem ejusdem argumenti data extra muros Gebennenses XIII. Kal. Sept. 1447. Incip.: 'Credimus te non latere oblationes per nos...' 24.) 157ᵃ—160ᵇ. 'Exemplar gestorum ubi in Constantinopolitana synodo et a sancto flauiano episcopo et confessore Eutiches hereticus auditus atque dampnatus est.' Incip.: 'Congregata rursus sancta et magna sinodo...' Expl.: 'si qui non declinarint confabulatores.' 25.) 161ᵃ—165ᵇ. Eugenius IV Papa, Epistola ad Fridericum III Rom. Regem de dissidio concilii Basileensis data Senis Kal. Septemb. 1443. Incip.: 'Literis quas ex Wienna 25° Junii ad nos scripsisti...' 26.) 166ᵃ. Metra cujusdam Carthusiensis de concilio Basileensi. Incip.: 'Concilium gratum bene ceptum, continuatum...' Expl.: 'O constantia sis constans, germania plaude.' 27.) 166ᵃ—168ᵇ. Confirmatio regulæ S. Francisci per Honorium Papam. 28.) 169ᵃ—181ᵇ. Felix Hemmerlein, Reprobatorium mendicantium, validorum et fortium corpore atque alias se nutrire valentium. Inter illum et Lolhardum dialogice scriptum. 29.) 182ᵃ—189ᵃ. Johannes Gerson, Tractatus de cognitione castitatis et pollucionibus diurnis. 30.) 189ᵃ—189ᵇ. Idem, Paraphrasis orationis dominicæ. 31.) 190ᵃ—197ᵃ. 'Causæ, quare non ministratur laicis sacramentum altaris sub utraque specie.' Incip.: 'Non miretur quispiam fidelium quod omnibus fidelibus...' Expl.: 'quod ipsa docet et tenendum precipit vniuersis.' 32.) 197ᵇ—198ᵇ. 'Sessio xlv concilii Basileensis de nominatione ciuitatis Lugdunensis pro futuro concilio' celebrata XVII. Kal. Junii 1448. 33.) 198ᵇ—201ᵇ. 'Epistola vniuersitatis Cracouiensis ad vniuersitatem Parisiensem, querelam continens contra Baptistam episcopum Camerinensem, qui in Polonia ad regem Casimirum venit tamquam nuntius apostolicus. Data Cracoviæ 16. Julii 1448.' 34.) 201ᵇ—204ᵇ. 'Prima sessio concilii Lausannensis' celebrata IX. Kal. Augusti 1448. 35.) 205ᵃ—209ᵇ. Casus usurarius cum decisione aut conclusione Dyni Januensis archiepiscopi. Incip.: 'In quibusdam partibus est mos ab antiquo seruatus...' Expl.: 'utriusque uiris adheserunt et sibi scripserunt etc.' 36.) 210ᵃ—218ᵃ. Epistola concilii Basileensis ad Fridericum III Romanorum Regem de pace et unione ecclesiæ procuranda, data Basileæ V. Non. Januarij 1445. Incip.: 'Magnum virtutis opus serenissime princeps dudum aggressus es...' 37.) 218ᵃ—218ᵇ. Carolus VII rex Franciæ, Epistola ad Cardinalem S. Angeli 'data Bituris prima die septembris', de gaudio suo super spe pacis inter Regem et Pontificem. Incip.: 'Carolus .... Magno semper optauimus desiderio vt pacem ecclesie dei...' Expl.: 'tranquillum statum optamus vos tandem adhortamur.' 38.) 219ᵃ—223ᵇ. Procopius capitaneus Bohemiæ Hussita et ceteri capitanei, Proclamatio ad communitates, magistratus, consules etc. Bohemiæ qua illis odium et detestationem concilii Basileæ imminentis commendatur, data anno 1430. Incip.: 'Ut deus omnipotens pater per dilectum filium suum ihesum christum in spiritu sancto...' Expl.: 'dominus noster ihesus christus vos corpore et animo sanct.' 39.) 224ᵃ—231ᵃ. Replica duorum Magistrorum catholicorum contra præcedentem literam Procopii. Incip.: 'Sacrosancte fidei catholice defensores

ac honoris ihesu christi domini nostri zelatores...' Expl.: 'scripta sunt vt credatis et vt credentes vitam eternam queratis. Anno domini Millesimo quadringentesimo trigesimo.' 40.) 231ᵇ—232ᵇ et 244ᵇ. 'Historia Nicolai Gmainer in villa Griebarn parochiæ Ravelspach in Austria inferiori, qui anno 1455 gravissime decumbens mira fabulatus est.' Incip.: 'Anno domini Mcccclv. circa dominicam quadragesime contigit subsequens stupendum factum...' Expl.: 'quemadmodum hic sunt exarata.' 41.) 233ᵃ—238ᵇ. Johannes Gerson, Epistola viginti considerationes asceticas continens ad quemdam monachum Carthusiensem. 42.) 239ᵃ—241ᵇ. Idem, Tractatus de indulgentiis cum appendice. 43.) 241ᵇ—242ᵇ. Idem, Tractatulus de laude scriptorum doctrinæ salubris ad Carthusienses et Cœlestinos. 44.) 242ᵇ—244ᵇ. S. Franciscus de Assisi, Testamentum cum subnexa Fr. Gabrielis de Warana viuendi forma fratribus minoribus præscripta.

3474. [Rec. 2130.] ch. XV. 203. 4⁰. 1.) 1ᵃ—139ᵇ. Gualtherus de Castellione, Alexandreis cum prologo prosaico. 140 et 141 vacant. 2.) 142ᵃ—203ᵇ. 'Correctoria Tybini' i. e. Liber formularis epistolas et diplomata continens Viennam Austriæ et Bohemiam concernentes et tempore Imp. Caroli IV collectas. Incip.: 'filius scribit patri de infirmitatibus quas patitur. Amantissimo pre singulis viuentibus suo patri...' Expl.: 'plura alia que tacemus. F. Abbas talis claustri. Expliciunt Correctoria tybini. scripte (sic) in uigilia omnium sanctorum deo gracias.' Wattenbach 10,535 et Rockinger 181.

3475. [Salisb. 384.] ch. XV. 110. 4⁰. 1.) 1ᵃ—2ᵇ. Sententiæ et auctoritates. 2.) 3ᵃ—27ᵇ. Xenophon, Hiero interprete Leonardo Bruni Aretino. 3.) 27ᵇ—29ᵇ. Franciscus Philelfus, Oratio ad Fridericum postea III Rom. Regem. 4.) 29ᵇ et 36ᵃᵇ. Idem, 'Oratio habita Mantuæ maximo coram pontifice Pio II pro expeditione Turcarum.' 5.) 30ᵃ—33ᵃ. Sermo de passione Domini, 'deseruiens ad collationem.' Incip.: 'Magnus tremor me inuasit et lingua mea...' Expl.: 'Nullos vel minimos affert fructus.' 33ᵇ—35ᵇ vacant. 6.) 35ᵃ. Epistola episcopi Chiemensis, Georgii Altorfer ut videtur, ad abbatem Admontensem Antonium Gratia Dei, circa annum 1490, qua eum commonefacit, ne calcaribus ex aurichalco utatur, eique calcaria nigra sive ferrea transmittit. Incip.: 'Amice colendissime Salutem plurimam. Cum amicorum proprium sit omnia habere communia...' Expl.: 'Vale felix mei sepe cum beniuolencia memor.' 7.) 35ᵇ—37ᵃ. Auctoritates ethicæ. 37ᵇ—38ᵇ vacant. 8.) 39ᵃ—83ᵇ. Plutarchus, Vita Ciceronis interprete Leonardo Bruni Aretino. 9.) 84ᵃ—86ᵃ. Leonardus Bruni Aretinus, Epistola de genere Ciceronis. 10.) 86ᵇ. Idem, Epistola de eodem. Incip.: 'Cum superiorem Epistolam exarassem...' Expl.: 'maiore aliquo munere Vale et me ama.' 11.) 86ᵃ—88ᵇ. M. Tullius Cicero, Moralia et auctoritates ex Tuscul. quæstionum libris. 12.) 88ᵇ—91ᵃ. Nomina officiorum et officialium olim romani imperii. Incip.: 'Primo fuere Reges Rome...' Expl.: 'Tertium agnomen id est supra nomen.' 13.) 91ᵇ—92ᵃ. Epistola. Incip.: 'Voluntas deprehenditur animi non tam ex verbis...' Expl.: 'et ut sibi reddatur curabis.'

14.) 92^b—106^a. S. Basilius Magnus, Ad virtutes adhortatio interprete Leonardo Bruni Aretino. 15.) 106^b. 'Argumentum exorti inter venetorum dominium ducemque ferrariensem belli causam exponens.' Incip.: 'Hercules dux Ferrarie in eo ducatu venetorum...' Expl.: 'ad id ab omnibus esse iudicatus.' 16.) 106^b—107^b. Sixtus IV papa, Epistola ad Johannem Mocenigo ducem Venetiarum. Incip.: 'Dilecte fili..ut primum ad apicem summum appellatur...' Expl.: 'sub annulo piscatoris die xi. Decembris anno 1482 pontificatus nostri anno primo.' 17.) 107^a—109^a. Bernardus Justinianus, Responsio ad Sixtum IV papam. Incip.: 'Accepimus breue sanctitatis uestre qua decuit et consueuimus reuerentia...' Expl.: 'mouerit, impulerit concitauerit. Pridie Idus Januarij Anno 1482.' 18.) 109^b. Epistola presbyteri diaconi Cardinalis ad Venetum Senatum. Incip.: 'Post sinceram in domino Caritatem Quantum Sanctissimus Dominus noster...' Expl.: 'Bene valeat vestra Excellentia Datum Rome die 16. mensis Decembris Anno a natiuitate domini 1482. Sub signetis nostrorum trium in ordine primorum.' 19.) 110^ab. Bernardus Justinianus, Ad cardinalium collegium. Incip.: 'Reddite nobis sunt literæ Dominacionum vestrarum...' Expl.: 'quod modestissimos ac temperatissimos deceat. S. C. Pridie Idus Januarias 1482.'

3476. [Hist. prof. 700.] ch. XV. 72. 4°. 1.) 1^a—62^b. Chronicon a mundo condito usque ad Eugenium IV papam. Incip.: 'Prima. et as. Incipit ab Adam et durat usque ad Noe...' Expl.: 'et fuit sibi missum pallium successoribus nts.' 63^a vacat. 2.) 63^b—72^b. Parcivalius dominus de Boulaviller, Epistolæ et annotationes historiam virginis Johannæ d'Arc concernentes. Incip.: 'Anno dominice Incarnacionis Millesimo cccc° vigesimo nono Sub pontificatu Martini pape...' Expl.: 'Datum 24. Julii Anno domini Millesimo cccc°xxix°.' Inter folia numerata et tegumenta exstant quattuor folia membranacea sæc. XV.

3477. [Philol. 223.] ch. XV. 88. 4°. Antonius Hyvanus Sergianensis, Epistolæ sexaginta annorum 1470—1480 partim italicæ partim latinæ et soluto uti ligato sermone conscriptæ. Prima de ruina Italiæ imminenti ab initio mutila incip.: '..dissima. Non germanorum vires acerssende...' et expl.: 'Me tibi commendo.' Ultima 'Claro equiti Anthonio noxeto' inscripta incip.: 'Quarto iam anno...' et expl.: 'meque ut soles ama MCCCCLXXX.'

3478. [Hist. prof. 722.] ch. XV. 166. 4°. Sigismundus Meisterlin, Chronographia Augustana in fine mutila, et dedicata Sigismundo Gossenprot civi augustensi.

3479. [Hist. eccl. 127.] ch. XV. 94. 4°. 1.) 1^a—20^b. Chronicon summorum pontificum in fine mutilum. Incip.: 'Petrus Apostolus et princeps Apostolorum...' Expl.: 'papa electus sedit annis...' 2.) 21^a—22^b. Eugenius IV papa, Bulla de privilegiis curialium d. d. 'Rome apud sanctum petrum Anno Incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo secundo. Octauo Idus marcij Pontificatus nostri anno secundo. Incip.: 'diuina in eminentis sedis...' Expl.: 'se nouerit Incursurum.' 3.) 23^a—30^b. 'Destructio Ciuitatis Jerusalem.' Incip.:

'Que facta est post passionem domini...' Expl.: 'benedictus et gloriosus in secula etc.' 4.) 31^a—32^b. Morbisanus Turchorum dux, Epistola ad romanum pontificem. Incip: 'Nuper auribus nostris innotuit Qui partibus...' Expl.: 'Croatiam et Dalmatiam visitare. Datum Anno Machumeti Septuagentesimo Quadringentesimo quinto in Introitu Mensis hahlen.' 5.) 33^a—36^b. Tractatus de arte memoratiua. Incip.: 'Quamvis tullius et quidem...' Expl.: 'consideramus et diucius retinemus.' 6.) 37^a—54^b. 'De modo devolvendi causas ad curiam.' Incip.: 'Duplex est modus deuoluendj seu trahendj...' Expl.: 'inscriptis et declarantur incidisse.' 7.) 55^a—66^a. 'Termini causarum in curia romana servari soliti in rota et extra.' Incip.: 'Et primo ad dicendum contra commissionem...' Expl.: 'vt habetur in quadam decisione Rote.' 8.) 66^a—67^a. 'Festa sacri palacij apostolici.' Incip.: 'Januarius habet XXX dies a Circumcisio domini vsque ad...' Expl.: 'et jta vidi observari de facto.' 67^b vacat. 9.) 68^a—87^b. 'Sequitur de modo deuoluendi causas ad Curiam.' Tractatus sub 6.) repetitus sed non absolutus. Expl.: 'jnstanter jnstancius jnstantissime videat etc. bene.' 10.) 88^a—94^a. 'Littora maris Adriatici sive Mediterranei etc.' Incip.: 'Venezia Muran Maciorto...' Expl.: 'Rhodus Corsica Maiorica Minorica.' 94^b vacat.

3480. [Hist. eccl. 130.] ch. XV. 234. 4°. 1.) 1^a—115^a. Historia sacra ab orbe condito usque ad Tiberium. Incip.: 'In principio creauit deus celum et...' Expl.: 'Rex eterne glorie.' 115^b—118^b vacant. 2.) 119^a—120^b. Carmen hexametricum cum acrostichis alphabeticis argumenti parœmiaci. Incip.: 'Arte satis mira scis apis componere bella...' Expl.: 'Christo iunguntur sua qui precepta secuntur.' 3.) 121^a. Versus memoriales de evangeliis et epistolis. Incip.: 'Est prope nostra salus hec fatur tempore paulus...' Expl.: 'queat ut reperire coronam.' 4.) 121^b—122^a. Versus memoriales de festis per circulum anni ecclesiasticis. Incip.: 'Abs detrimento natum pariet pia virgo...' Expl.: 'sit fletus hinc homo plora.' 5.) 122^a. Sex hexametri memoriales de tribus regibus. Incip.: 'Tres est opus festo...' Expl.: 'mortales mirra figurat.' 6.) 122^b. Disticha memorialia de festis 'ab octaua pasce' usque ad pentecosten. Incip.: 'Quippe thomas solus aberat post octo diebus...' Expl.: 'Rebus omnino sponte secuntur eam.' 7.) 123^{ab}. 'Queritur quare evangelium legitur in sinistra parte altaris et epistola in dextra.' Incip.: 'Dicendum quod ideo quia per sinistram...' Expl.: 'plebs ædidit hunc et amauit.' 124^a vacat. 8.) 124^b—130^b. Versus memoriales de evangeliis dominicalibus. Incip.: 'Est homo bos vitulus aquilla leo christe vocatus...' Expl.: 'multiplicans hominum milia quina cibans.' 9.) 131^a—135^b. Versus memoriales liturgici argumenti. Incip.: 'Omnia laudate...' Expl.: 'Sed nomini tuo da gloriam.' 10.) 136^a—140^b. Hymni ecclesiastici viginti tres, quorum primus incipit: 'Veni redemptor gencium' et ultimus incip.: 'Vita sanctorum decus angelorum...' et expl.: 'pariter piorum.' 11.) 141^a—234^a. s. XVI. Wenceslaus a Holayssow, Collectanea latina et čechica theologici argumenti præsertim condendis sermonibus inservientia. 234^b

vacat. Inter tegumentum posterius et folium ultimum Litteræ s. d. cechicæ laceratæ Wenceslai Pondielik ad parochum suum in Wowziar.

3481. [Philos. 305.] ch. XV. 120. 4°. 1.) 1ª—25ᵇ. Petrus Paulus Vergerius, De ingenuis moribus et liberalibus studiis adolescentiæ ad Ubertinum de Padua. 26ª vacat. 2.) 26ᵇ—27ᵇ. Idem, Ad .. principem F. Juniorem de Carraria super reditu natorum eius Francisci et Jacobi de hostilj captiuitate congratulatio metro sapphico. Incip.: 'Cariger nobis pater atque princeps...' Expl.: 'vita precamur.' 28ª vacat. 3.) 28ᵇ—35ª. Johannes Boccaccio, Historia Tancredi et Sigismundæ interprete Leonardo Bruno Aretino. 35ᵇ—38ᵇ vacant. 4.) 39ª—86ª. Isota Nogarola, Litteræ ad varios. Prima ad Guarinum Veronensem incip.: 'Verebar antea Guarine vir insignis...' et expl.: 'ex te manasse profitebor Vale.' Ultima ad Franciscum cardinalem et episcopum Veronæ incip.: 'Memini me legisse...' et expl.: 'ornamento et usui futuro.' 5.) 86ᵇ—89ᵇ. Laurus de Palazolis Patavinus, Oratio pro regia sua urbe ac collegio iuristarum 'in adventu Cardinalis tituli sancti Laurentij in damaso et Camerarij ac patriarce aquilegiensis.' Incip.: 'Quod a summo deo optimo maximo attentissima...' Expl.: 'more tuo sanctissime gubernes.' 6.) 90ª—91ª. Paulus Barbus, Oratio habita Patavii die 11 Januarii 1451 coram Friderico III Imperatore. Incip.: 'Cum primum Federice Imperator...' Expl.: 'tradit atque commendat.' 7.) 91ªᵇ. L. Annæus Seneca, Epistola VI ad Lucilium. 8.) 92ª—94ª. Johannes Boccaccio, De fortuna et paupertate locus excerptus ex libro III De casibus virorum illustrium. 9.) 94ᵇ—95ª. Johannes Baptista Prasivis Cremonensis, Litteræ ad Borsium comitem Mutine .. marchionem Estensem. Incip.: 'Magna sunt Illustrissime...' Expl.: 'palam ostensurus arbitrio Vale .. data Ferarie 11° non. Februarii.' 10.) 95ᵇ—97ª. Stephanus Flischus Soncinensis, Ad Joannem de Scledo civem vicentinum vicarium taruisiensem. Incip.: 'Tametsi mihi constitueram vir celeberrime...' Expl.: 'plurimum dilige Ex Padua XII klas maias MCCCCXXXV.' 11.) 97ª—98ᵇ. 'Epistola retrograda' quæ nempe a fine ad initium versus lecta contrarium indicat sensum. Incip.: 'Sepe et multum gaudeas...' Expl.: 'vite tempore valeas non infelix.' 12.) 98ªᵇ. L. Annæus Seneca, Epistola II ad Lucilium. 13.) 99ª—101ᵇ. Jacobinus, Alloquutio in obitu Marsilii de S. Sophia ad universitatem Bononiensem. Incip.: 'Inextimabilem iacturam patres optimi...' Expl.: 'atque incorruptamente venerabamur.' 14.) 101ᵇ—102ᵇ. Oratio in laudem Antonii medici. Incip.: 'Prostergant nostrorum temporum oratores...' Expl.: 'Quod ut facias uehementer precor.' 15.) 103ª—104ᵇ. Stephanus Flischus Soncinensis, 'Litteræ datæ Andreæ de Orsanigo ciui trauisiensi.' Incip.: 'Cum superioribus diebus Prestantissimum...' Expl.: 'ex mutuo mihi amore corresponde. Ex Padua decimo klas. maias MCCCCXXXV.' 16.) 104ᵇ—107ª. Michael Steno dux Venetiarum, Epistola ad regem Ungariæ s. d. Incip.: 'Miranda tuis sensibus nostra deuenit legatio...' Expl.: 'que de labiis domini processerunt.' 107ᵇ—108ᵇ vacant. 17.) 109ª—112ª. De eucharistia. Incip.: 'Quoniam sepe ac multum

superioribus annis...' Expl.: 'eterne felicitatis inueniamur expertes.' 18.) 112b—115b. Nicolaus de Colcede, Epistola ad Nicolaum Chieregatum s. d. Incip.: 'Etsi hoc superiori ac satis infelici...' Expl.: 'Inmortalibus tuerentur.' 19.) 116a—117b. 'Exhortatio pro pace largienda ad..regem Vngarie.' Incip.: 'Quia superbum deus oculo Justitie...' Expl.: 'late prosperitatis suscipiet incrementa.' 118—119 vacant. 20.) 120ab. P. Virgilius Maro, Eclogæ I versus 1—60. Tegumento posteriori inscripta sunt duo disticha, incip.: 'Non ego cantarem troianas ordine pugnas...' et expl.: 'grandia gesta ducum.'

3482. [Hist. prof. 827.] ch. XV. 18. 4°. Nicolaus Rosimberg vel Rosenberger aut Rosenberg, 'Ad Maximilianum Romanorum regem..Explanatio compendiosa de situ, moribus et diversitate Scythicarum gentium.' Præcedunt tria carmina encomiastica et quidem *a.*) 1a. Georgii Gadii Romane regine Secretarii. Incip.: 'Tam nitide Scitie.Mores. genus...' Expl.: 'pignora plura tuo.' *b.*) 1a. Augustini Moraui Olomucensis Hungarie Regis Secretarii. Incip.: 'Inter Sarmathie proceres Nicolae refulges...' Expl.: 'splendida facta tuo.' *c.*) 1b. Alberti Montani Polonorum Regis Secretarii. Incip.: 'Tam cultus gelido nunquam Scitha lectus ab Axe...' Expl.: 'nomen ad astra feret.' Altera tria epigrammata encomiastica subsequuntur videlicet *d.*) 17b. Bohuslai Lobkowič de Hassenstein. Incip.: 'Quod loca quod mores scithie gentesque situsque...' Expl.: 'abstinet a populis.' *e.*) 18a. Francisci Carduli Narniensis. Incip.: 'Quam bene Subiectum gelidis Aquilonibus orbem...' Expl.: 'digna fuere deo.' *f.*) 18a. Theodorici Vlfenii Physici. Incip.: 'Falcatos Scythie currus et stemmata Regum...' Expl.: 'Roseo de monte Polonus.' 18b vacat. Opusculum incip.: 'Cum tanti temporis spatio...' Expl.: 'nisi Id diuina pietas auertat Ex thermis Marchionis XIIa mensis Octobris MCCCCLXXXXVIIIj.'

3483. [Jur. civ. 220.] ch. XV. 81. 4°. 1.) 1a—70b. Acta varia excerpta ex 'tabulis terre' regni Bohemiæ, quibus potissimum quæstiones de jure 'bonorum' deciduntur, ab anno 1383 usque ad 1492, partim latina partim čechica. 2.) 71a—80b. Barones iudicio præsidentes in regno Bohemiæ 1388, 1396, 1397, 1398, 1402, 1404, 1408. 3.) 81a. m. s. XVIII. f. Antonius Rosenthal de Taulow, Notula de 'Tabulis Terræ.' Incip.: 'Tabulas Terræ (ut Majores nostri vocarunt) seu Tabularium publicum...' Expl.: 'Atque huiusmodi Extractus seu Fragmenta (non Formulæ Epistolarum) sunt quæ Codice hoc Manuscripto Bibliothecæ Augustæ continentur.'

3484. [Jur. civ. 238.] ch. XV. 29. 4°. 1.) 1a. Quattuor Bohemorum articuli. Incip.: 'Anno domini die quinta Septembris direxerunt Bohemi Legatos ad Concilium Basiliense...' Expl.: 'fuit inter legatos principalior.' 2.) 2b. Formula juramenti a Georgio Podiebrad in inauguratione sua præstiti d. d. 'Prage die sexta Mensis Maij Anno 1478.' Subsequitur notula de testibus, qui interfuerunt. 3.) 2ab. Paulus II papa, 'Copia Missiue Apostolice ad Burchardum de Weispriach SS. Nerei et Achillei presbyterum Cardinalem archiepiscopum metropolitanum Salzburgensem de sua electione defuncto Pio II Anconæ XVIII Kal. Septembris

20*

